

ORDO PROCESSIONUM

QUÆ HIEROSOLYMIS

IN

BASILICA S. SEPULCRI D. N. JESU CHRISTI

A FRATRIBUS MINORIBUS

PERAGUNTUR



ROMÆ

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

—
MDCCCXXV

Ex parte Ordinis nihil obstat quominus, servatis de jure
servandis, imprimatur.

Romæ, 19 julii 1925.


FR. ALOYSIUS SUSA, O. F. M.,
Deleg. Gen.

IMPRIMATUR

FR. ALBERTUS LEPIDI, O. P., S. P. A. *Magister.*

IMPRIMATUR

† IOSEPH PALICA, Archiep. Philippen., *Vicesgerens.*



DE PROCESSIONIBUS

QUÆ A FRATRIBUS MINORIBUS

IN BASILICA SANCTI SEPULCRI PERAGUNTUR

BREVIS NOTITIA

Jam a primis temporibus ævi christiani processiones in urbe Hierosolymitana institutæ magnum locum obtinebant in liturgicis functionibus, quæ in sacris hujus civitatis Locis et præsertim in Anastasi et in Templo Martyrii peragebantur. Eas quoque assidue, cum solemnî apparatu magnoque populi concursu fieri, facile ex antiquis monumentis eruere possumus. Nobilis virgo Ætheria, alias Silvia ab Aquitania, quæ quarto sæculo Loca sacra invisit, de his processionibus quamplura notatu digna in sua *Peregrinatione* refert, et antiquiores libri liturgici Ecclesiæ Hierosolymitanæ, præsertim liber *Typikon*, varias continent præscriptiones, harum processionum formam ordinemque respicientes. Hæc liturgica praxis etiam postea retenta fuit, quando, Crucesignatorum ævo, clerus latinus in Basilica S. Sepulcri sæculi xii, quibus Pa-

triarchæ latini Hierosolymitani utebantur, nec immutata fuit a Fratribus Minoribus cum, circa annum 1335, hujus S. Templi custodiam officialem susceperunt.

Inter præcipuas processiones quæ nunc in Ecclesia S. Sepulcri a Religiosis S. Francisci peraguntur, sive ipsæ jam a principio institutæ fuerint, sive temporum decursu a christiana pietate invecatæ, notanda est præsertim processio quotidiana quæ ad varia sanctuaria in hoc Templo contenta fieri solet; dein etiam processio funerea Feriæ VI in Parasceve, et peculiaris illa processio quæ sacro die Paschatis celebratur, de quibus haud inutile duximus breviter hic quædam de eorum origine ac posterioribus mutationibus lectori benevolo submittere.

*
* *

Processio quotidiana ad sanctuaria quæ in Ecclesia S. Sepulcri includuntur fieri ab initio solebat tantummodo adventu peregrinorum. Sciendum namque est, eo tempore quo Fratres Minores S. Sepulcrum custodiendum susceperunt, aliquorum etiam subsequentium sæculorum decursu, exercitium amplæ et frequentis liturgiæ, quod locorum sanctitate postulabatur, magnis præpeditum fuisse obstaculis, propter luctuosam conditionem miserrimumque statum quo a mahumeticis principibus Templum hoc detinebatur. Etenim, Basilica S. Sepulcri plerumque clausa permanebat, nec aperiēbatur nisi in præcipuis christianis festivitatibus, vel occasione adventus peregrinorum, ac prævia semper magni ponderis tributis solutione, ita ut etiam clerus in Templo hoc residens numero fuerit semper exiguus. Functiones igitur vel processiones quæ a Reli-

giosis nostris in hac Basilica peragebantur, debito cum honore et amplitudine evolvi nequibant, nisi in paucis quos supra memoravimus diebus, quando scilicet et Communitas S. Montis Sion una cum suo Superiore hoc Templum petebat.

Sæculo xiv processio ista a Franciscalibus peragi solebat conjunctim cum ceteris christianis communitatibus quæ in hac Ecclesia commorabantur.¹ Initium sumebat a loco Lapidis Uctionis, hinc ad Montem Calvarium, ad Capellam S. Helenæ et Cryptam Inventionis S. Crucis progrediebatur, ordinemque servabat hodierno oppositum. Consuetudo autem celebrandi hanc processionem una cum clero orientali mox obsoleti cæpta est, novusque introductus est etiam ordo in stationibus visitandis. Marianus Senensis, qui peregrinatus est anno 1431, processionem refert a nostratibus celebratam absque interventu cleri orientalis, incipientem a Capella Apparitionis, et iter sequentem hodierno conforme. Statio tamen ad altare S. Mariæ Magdalenæ statim post visitatam Columnam Flagellationis peragebatur, et facta unica dumtaxat statione in Monte Calvario, processio regulariter coram Sancto Sepulcro complebatur. Sæculo vero xvi vertente, statio ad altare S. Mariæ Magdalenæ postponi cæpta est stationi S. Sepulcri, et altera ad locum Crucifixionis in Monte Calvario statio instituta.

Quod autem ad preces attinet quæ in decursu processionis recitabantur, nullam certam indicationem suppetunt peregrinorum itinera ante annum 1431. Haud

¹ Cfr. *Itinerarium cujusdam Anglici*, an. 1344, in GOLUBOVICH, *Bibl. Bio-Bibliogr. Terræ Sanctæ*, IV; FRESCOBALDI (1384), *Viaggio in Egitto e Terra Santa*, ed. 1818, p. 156.

improbabile tamen censetur P. Bartholomaeum Alvernicolam, qui anno 1377 Montis Sion Visitor Generalis exstitit, ordinemque processionis pro S. Cœnaculo statuit,¹ etiam pro Ecclesia S. Sepulcri similia decrevisse. Primus Marianus Senensis (1431) precum ordinem, quibus in hac processione Religiosi utebantur, tradit, pro qualibet statione antiphonam propriam adnotans cum versu et oratione cuilibet loco convenienti, et pro Monte Calvario, Uctione Lapide et S. Sepulcro, præter dictas preces, etiam hymnum referens.²

Hic precum ordo, etiam a nonnullis posterioribus peregrinis relatus, integer permansit usque ad reformationem libelli processionalis quæ anno 1623 contigit. Post medium sæculi xv tamen, adjunctæ fuerunt novæ quædam preces, in processu de una ad aliam stationem dicendæ, et quidem primo litanîæ,³ dein, earum loco, psalmi nonnulli.⁴ Evangelia quoque introducta fuerunt, iis saltem in locis legenda ubi factum quoddam evangelicum commemorabatur, et allocutiones sive exhortationes ad præcipuas stationes peregrinis habebantur.⁵

¹ Cfr. *Diarium Terræ Sanctæ*, II, p. 163.

² *Del viaggio in Terra Santa fatto e descritto da Ser Mariano da Siena*, ed. 1822, pp. 71-89.

³ Cfr. *Niederrhein. Pilgerschrift* (1472), in CONRADY, *Vier rheinische Pilgerfahrten*, 1882, p. 133; TUCHERN (1479), in *Reyssbuch* a Feyrabend edito, fol. 354; P. CASOLA (1494), *Viaggio a Gerusalemme*, ed. 1855, p. 71; PANTALEO DE AVEIRO (1552), *Itinerario da Terra Santa*, fol. 87.

⁴ BONIFACIUS A RAGUSA (1552-1564), *Liber de perenni cultu*, ed. 1875, p. 164.

⁵ Idem, loc. cit.

Sæculo xvi ad finem vertente, supplicationes litarum et psalmorum abrogatæ fuerunt, et eorum loco hymni quidam novi at non liturgici introducti, antiphonis ceterisque orationibus integre remanentibus.¹ Quæ innovatio tamen non per longum tempus perduravit, nam anno 1623 P. Thomas Obicini a Novaria, Terræ Sanctæ Custos, ordinem processionis serio examini subiecit, hymnosque omnes necnon antiphonas orationesque maxima ex parte reformavit et ad meliorem concentum redegit. Processionis liber ab ipso editus omnibus numeris illis temporibus opus absolutum evasit, ita ut precum ordo trium sæculorum spatio immutatus permanserit.

Præsens hæc editio nonnullas continet mutationes quæ principaliter textum quorundam hymnorum respiciunt, et præcipue eum in finem inductæ, ut prædictorum hymnorum sive textus sive cantus lectioni *Antiphonalis Romani* conformarentur, vel etiam ut textus quidam non liturgici ad meliorem redigerentur formam; nova insuper statione in honorem B. Mariæ Virginis Perdolentis adaucta fuit, ad ejusdem B. Mariæ Virginis altare in Monte Calvario peragenda, quæ, jussu Rm̃i P. Ferdinandi Diotallevi instituta, die 17 februarii 1924 fieri cæpta est.

¹ Hymni isti traditi sunt a RADZIVIL (1583), *Hierosolymitana peregrinatio*, ed. 1614, pp. 287-301; a ZUALLARDO (1586), *Il devotissimo viaggio di Gierusalemme*, ed. 1595, pp. 336-346; a CO-TOVICO (1598), *Itinerarium hierosolymitanum*, ed. 1619, pp. 158-176; insuper et a P. LEONARDO DU CLOU, qui *Itinerarium* suum post 1671 confecit, ed. 1891, pp. 51-68; necnon et a quibusdam aliis posterioribus.

*
* *

Processio funerea, quæ Feria VI in Parasceve in hoc Templo a Franciscalibus peragitur, ad recolenda mysteria depositionis Jesu Christi e cruce ejusdemque repositionis in sepulcro, initio sæculi xvii instituta fuit. Imago Salvatoris in cruce pendentis processionaliter deferitur, fideliumque venerationi exhibetur, ac tandem cæremoniæ depositionis et sepulturæ circa ipsam complentur.

P. Bonifacius a Ragusa memoriæ tradidit hanc processionem sæculo xvi non a Fratribus Minoribus, sed ab Æthiopibus peragi: Religiosi latini tunc aliam processionem celebrabant, deferentes scilicet Sanctissimam Eucharistiam a Monte Calvario ad S. Sepulcrum et ad Capellam Apparitionis.¹ Circa annum 1620, ut refert Lucas Waddingus, cæremoniæ crucifixionis, depositionis e cruce et sepulturæ peragebantur quidem a nostratibus in Monte Calvario, sed una cum officiis Missæ Præsanctificatorum, eo scilicet tempore cum Passio a Diaconis decantabatur.² Franciscus a Secli (1628), de hac funerea processione scribens, eam Feria V in Cæna Domini peractam refert;³ Antonius Del Castillo (1629-1640) vero et Didacus a Cea (1639), in Parasceve quidem, sed statim post completorias preces.⁴

¹ Op. cit., pp. 41-42.

² *Annales Minorum*, ed. 1635, III, p. 497.

³ *Viaggio di Gerusalemme*, ed. 1639, p. 124.

⁴ CASTILLO, *El devoto peregrino*, ed. 1705, p. 247; DIDACUS A CEA, *Thesaurus Terræ Sanctæ*, p. 285.

Inchoabatur primo in Monte Calvario, sed haud multo post in Capella Apparitionis, et stationes variæ fieri cœptæ sunt ad sacella deambulatorii, quandoque etiam ad Columnam Flagellationis et ad Capellam Carceris. Ritus et cæremoniæ quæ in decursu processionis fiebant, præsertim cæremonia crucifixionis Imaginis Salvatoris, a peregrinis sæpe commemorata sed hodie obsoleta, maxima cum gravitate et pietate peragebantur et animos adstantium vehementer commovebant. Mos quoque habendi plures sermones diversis linguis jam ab initio invaluit. Processionem hanc magna cum solemnitate et pontificali ritu a Revmo Terræ Sanctæ Custode celebratam fuisse, auctores passim commemorant, eaque etiam præsentī tempore summo in honore habetur et magno populi concursu quotannis peragitur.

*
* *

Processionem, quæ in Basilica Sancti Sepulcri die Paschatis celebratur, jam Crucesignatorum tempore Latini, quamvis non eadem forma, peragebant, uti apparet ex quod supra diximus *Rituali S. Sepulcri* sæculi XII,¹ et Fratres Minores, cum custodiam hujus S. Templi suscepissent, praxi huic jam apud ceteros ritus christianos florenti sese conformare studuerunt. Re quidem vera, non modo processionēs in die Paschatis, verum etiam aliæ solemniores functiones celebrari solebant cum interventu ceterorum rituum in hac Ecclesia existentium, uti testantur inter alios Ludolphus

¹ In *Revue de l'Orient latin*, VIII, p. 424.

a Sudheim (1336)¹ et Nicolaus Poggibonsius (1345),² quæ consuetudo etiam postea diu viguit.

Attamen sæculo xv, processio Paschatis cum participatione illorum dumtaxat Christianorum a Franciscalibus peragebatur qui communionem cum Sede Apostolica retinebant. Waltherus a Guglingen (1482) refert hanc processionem cum interventu Maronitarum celebrari, eamque tribus vicibus S. Sepulcrum circumire consuevisse;³ et, ut Bonifacius Ragusinus scribit, locum habebat ante Missam solemnem, eaque perdurante quatuor Evangelia cum quatuor antiphonis et orationibus decantabantur.⁴ Maxima solemnitate semper celebrata fuit, Sanctissimam Eucharistiam vel etiam Reliquiam Vivificæ Crucis processionaliter deferendo.⁵

Ordo hujus processionis, prouti hodie celebratur, a Cæremoniali Terræ Sanctæ anno 1754 edito stabiliter præfinitus fuit.

¹ *De itinere Terre Sancte*, ed. Neumann, in « Arch. de l'Or. Latin. », II, p. 354.


² *Libro d'Oltramare*, ed. 1881, I, pp. 99-104.

³ *Itinerarium in Terram Sanctam*, ed. 1892, p. 145.

⁴ Op. cit., pp. 58-62.

⁵ ANT. DEL CASTILLO, op. cit., p. 247; DIDACUS DE CEA, op. cit., p. 285; BERNARD. SURIUS (1644), *Le pieux pèlerin*, ed. 1666, p. 501; DOUBDAN, *Le voyage de la Terre Sainte*, ed. 1661, p. 89; PIER MARINO DA MILANO (1679), *Relazione sincera del culto che s'esercita in Gerusalemme*, ed. 1887, pp. 31-33.

ORDO PROCESSIONIS QUOTIDIANÆ



I

Ad Altare Sanctissimi Sacramenti

Sacerdos alta voce intonat, Choro prosequente:

ANTIPHONA

O sacrum convívium, * in quo Christus súmitur: recólitur memória passiónis ejus: mens implétur grátia, et futúrae glóriæ nobis pignus datur (*T. P. Allelúja*).

Ÿ. Panem de cælo præstitisti eis. (*T. P. Allelúja*).

℟. Omne delectaméntum in se habéntem. (*T. P. Allelúja*).

Orémus.

Deus, qui nobis sub Sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos Córporis et Sanguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiόνis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.


℟. Amen.

II


Ad Columnam Dominicæ Flagellationis

(Indulgentia plenaria)


HYMNUS



Salve, Co-lúmna nóbi-lis, Chri-sti do-lórum



cónsci-a: Queis fracta virtus dæmo-nis, Exém-



pta nobis víncu-la.

Cruóre Abélis íllita
 Tellus ad astra clámitat:
 Clamas, Colúmna, ad sídera
 Inúncata Jesu sángine.

Sed illa ad iram víndicem
 Clamat sevéri Júdicis:
 Iram foves tu Núminis,
 Pacémque quæris sóntibus.

O perge semper fléctere
 Pœnas minántem délixteram:

Quæ sanguis emit præmia
Christi fruámur pérpetim.

Cæso flagéllis glória,
Jesu, tibi sit júgiter,
Cum Patre et almo Spíritu,
Nunc et per omne sæculum.
Amen.

ANTIPHONA

Apprehéndit Pilátus Jesum et flagellávit: ac trá-
didit Judæis ut crucifigerétur.

℣. Fui flagellátus tota die.

℟. Et castigátio mea in matutínis.

Orémus.

Deus, qui pro salúte nostra in assúptæ car-
nis infirmitáte, ad hanc Colúmnam alligári,
et flagéllis cædi voluísti: concéde propítius; ut
qui ejúsdem Colúmnæ glóriam celebrámus, pre-
tíosi Ságuinis tui fructum cónsequi mereámur;
Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℟. Amen.

Pater, Ave, Glória.

III Ad Carcerem

HYMNUS

IV. 

En ef-fe-rá-ta rá-bi-es Sa-tél-li-tum Chri-
stum ra-pit, Post ím-pi-um Judæ óscu-lum,
Et stríngit arctis né-xibus.

Qui sponte venit ut cruce
Mortem subíret ínnocens,
Vitámque ferret sóntibus,
Ut latro vinctus tráhitur.

Amóre vinctus vénerat
Vincíre nos per grátiam;
Hunc vínculis multínodis
Servus nec horret stríngere.

Absólve, Jesu, sérvulos
A críminum ligámine,
Et líberos a dáemone
Constrínge amóris néxibus.

O dulce, Jesu, gáudium,
Ob vincla sacri Córporis,
Culpas reis remittere
Dignáre, dona grátiam.

Duris ligáte vínculis,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre et almo Spíritu
In sempitérna sǎcula. Amen.

ANTIPHONA

Ego te edúxi de captivitáte Ægýpti, demérso
Pharaóne in mare Rubrum: et tu me vinctum
tradidísti princípibus sacerdotum.

Ÿ. Dirupísti, Dómine, víncula mea.

℞. Tibi sacrificábo hóstiam laudis.

Orémus.

Absólve, quǎesumus, Dómine, nostrórum víncula
peccatórum: ut, a córporis hujus vínculis
expediti, perpétua libertáte gaudére mereámur.
Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Pater, Ave, Glória.

IV

Ad Altare Divisionis Vestimentorum Christi

(Indulgentia 7 ann. et 7 quadr.)

HYMNUS

II.

Adéste, pa-cis Ange-li, De sede cæ-li

nó-bi-li, Alásque vestras téndi-te, Et mem-

bra Christi cón-di-te.

Qui cælum implet lúmine
 Terrámque adórnat flóribus,
 Quem flexi adórant cælites,
 Hunc veste privant mílites.

O differens recéptio!
 Vestes, dum intrat Sólymas,
 Stérnunt Iesu próprias,
 Sed exeúnti détrahunt.

Vestes velut nix cándidæ
 Visæ in Thábore et spléndidæ,

Modo rubescunt ságuine,
Divísæ in hoc Calvário.

Impléta sunt quæ díxerat
Davídicum præcónium:
Partíti amíctus, túnicae
Fecére sortes árbitras.

Precámur ergo súplices
Te, sæculórum Cónditor:
Sic spoliátum véstibus,
Nos índuas virtútibus.

Jesu, tibi sit glória,
Qui passus es pro sérvulis,
Cum Patre et almo Spíritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

ANTIPHONA

Mílites ergo, cum crucifixissent Jesum, accepérunt vestiménta ejus et fecérunt quatuor partes, unicuíque míliti partem, et túnica.

℣. Divisérunt sibi vestiménta mea.

℟. Et super vestem meam misérunt sortem.

Orémus.

Deus, qui per Unigénitum tuum labénti mundo salútis remédia contulísti; concéde nobis, ut, spoliáti vítiis, virtutibúsque adornáti, ante tribúnal

tuæ majestátis in veste cándida præsentári mereámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Pater, Ave, Glória.

V


Ad Cryptam Inventionis S. Crucis

(Indulgentia plenaria)

HYMNUS

1. 


Crux fidé-lis, inter omnes Arbor una nó-



bi-lis: Silva ta-lem nul-la pro-fert Fronde,



flo-re, gérmí-ne: Dulce ferrum, dulce li-



gnum, Dulce pondus sústi-nent.

Flecte ramos, arbor alta,
Tensa laxa víscera,
Et rigor lentéscat ille,
Quem dedit natívtas:
Et supérni membra Regis
Tende miti stípíte.

Sola digna tu fuísti.
Ferre mundi víctimam,
Atque portum præparáre
Arca mundo náufrago:
Quam sacer cruor perúnxit,
Fusus Agni córpore.

Unica spes, o Crux, ave,
Hic invénta ab Hélena:
Per hanc salva, rege vagos,
Tua, Deus, grátia:
Auge piis spem et fidem,
Et da reis véniam.

Sempitérna sit beátæ
Trinitáti glória:
Æqua Patri, Filióque,
Par decus Paráclito:
Uníus Triníque nomen
Laudet univérsitas. Amen.

ANTIPHONA

O Crux benedícta, quæ sola fuísti digna portáre Regem cælórum et Dóminum! Allelúja.

Post Septuagesimam omittitur Allelúja hic et ubicumque occurrerit.

V. Hoc signum Crucis erit in cælo.

R. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

Orémus.

Deus, qui hic in præclára salutíferæ Crucis Inventioné, passiónis tuæ mirácula suscitásti: concéde; ut vitális ligno prætio, æternæ vitæ suffrágia consequámur: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Pater, Ave, Glória.

VI

Ad Capellam Sanctæ Helenæ

(Indulgentia plenaria)


HYMNUS



Fortem vi- rí- li pectore Laudémus omnes



Hé-lenam, Quæ sancti- tá- tis gló-ri- a Ubíque



fulget ínclý-ta.

Hæc Jesu amore sáucia,
Dum Christi Crucem férvida
Inquírit, ad cæléstia
Iter perégit árduum.

Carnem domans jejúniis,
Dulcíque mentem pábulo
Oratiónis nútriens,
Cæli pótitur gáudiis.

Rex Christe, virtus fórtium,
Qui magna solus éfficis,
Hujus precátu, quæsumus,
Audi benígnus súplices.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc et per omne sæculum. Amen.

ANTIPHONA

Hélena, Constantíni mater, Jerosólymam venit,
ut Crucem Dómini inveníret. Allelúja.

Ÿ. Ora pro nobis, beáta Hélena.

℞. Ut digni efficiámur promissiόνibus Christi.

Orémus.

Preces familiæ tuæ, quæsumus, Dómine, cleménter exáudi: ut sicut de férvido beátæ Hélenæ stúdio ubique gaudet, quæ læta hic desiderátum sanctæ Crucis lignum invénit; ita ejus méritis et précibus in cælésti glória semper gaudére mereátur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Pater, Ave, Glória.

VII


Ad Columnam Coronationis et Improperiorum

(Indulgentia 7 ann. et 7 quadrag.)


HYMNUS



Coetus pi-ó-rum éx-e-at Dávi-dis pro-lem



cérne-re; Non in pa-rá-tu spléndido, Sed



cunctis, heu! ludí-bri-o.

Contéptior est ómnibus,
Et ómnium novíssimus;
Hunc multitúdo oppróbriis
Coram lacéssit áspers.

Hoc Isaías díxerat:
Corpus percutiéntibus
Præbet, genas velléntibus,
Vultúmque conspuéntibus.

In tui Christi fáciem
O réspice nunc, ánima;
A planta ad usque vérticem
Non est in eo sánitas.

Vidísti, Móyses, Dóminum
In rubo ardénti fúlgidum:
Sed nos vidémus lánguidum
Et spinis, sputo sórdidum.

Dum velut Isaac týpicus
Mactándus modo cérnitur;
Ut áries in vépribus
Sic séntibus, heu, cingitur.

Precémur Christum lácrimis,
Pro chlámyde coccínea,
Spinis, flagris, arúndine,
Ut nos corónet glória. Amen.

ANTIPHONA

Ego dedi tibi sceptrum regále: et tu cápiti meo
imposuísti spíneam Corónam!

℣. Plecténtes corónam de spinis.

℞. Posuérunt super caput ejus.

Orémus.

Deus, qui in Fílii tui humilitáte jacéntem mundum erexisti: concéde propítius; ut, supérbiæ coróna abjécta, immarcescibilem corónam glóriæ consequámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Pater, Ave, Glória.

VIII

In Sacro Monte Calvario
ad Locum Crucifixionis D. N. J. C.

(Indulgentia plenaria)

HYMNUS




Vexíl-la Re- gis pród-e- unt: Fulget Cru-




cis mysté-ri- um, Qua vi-ta mortem pértu-lit,



Et mor- te vi- tam pró- tu- lit. 2. Quæ vulne-



rá- ta lánce- æ Mucrónē di- ro, críminum Ut



nos lavá- ret sórdibus, Ma- ná- vit unda et



sánguine. 3. Implé- ta sunt quæ cónci- nit



David fi- dé- li cármine; Di- céndo na- ti- ó- ni-



bus: Regná- vit a ligno De- us. 4. Arbor




de- có- ra et fúl- gi- da, Orná- ta Re- gis púrpu-



ra, Suscé-pit hic quæ Dómi-ni Corpus fla-
 gél-lis lí-vidum. 5. Be-á-ta, cu- jus brá-chi-
 is Pré-ti-um pepén-dit sæ-cu-li: Sta-té-ra
 facta cór-po-ris, Tu-lít-que prædam tárt-a-ri.
 6. O Crux, ave, spes ú-ni-ca, Hic (*) u-da
 Chri-sti Sánguine: Pi-is adáuge grá-ti-am,
 Re-ís-que de-le crí-mi-na. 7. Te, fons sa-lú-tis

(*) *Hic omnes deosculantur terram, nisi Processio solemniore ritu celebretur.*



Trí- ni- tas, Colláudet omnis spí-ri- tus: Quibus
 Cru- cis victó- ri- am Largí- ris, adde præ-
 mi- um. Amen.

ANTIPHONA

Suscepérunt Jesum et eduxérunt: et bájulans sibi Crucem, exívit in hunc qui dícitur Calváriæ locum, hebráice autem Gólgotha: ubi crucifíxérunt eum.

Ÿ. Fodérunt hic manus meas et pedes meos.

℞. Dinumeravérunt ómnia ossa mea.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui hora sexta pro redemptióne mundi Crucis patíbulum in hoc Calvário ascendísti, et Ságuinem (*) tuum pretiósus in remissionem peccatórum nostrórum fudísti: te humíliter deprecámur; ut post

(*) *Hic omnes deosculantur terram, nisi Processio solemniori ritu celebretur.*

óbitum nostrum, Paradísi jánuas nos gaudénter
introíre concédas: Qui vivis et regnas in sácula
sæculórum.

℟. Amen.


Pater, Ave, Glória.


IX


In Sacro Monte Calvario ad Locum ubi Christus in Cruce exspiravit (Indulgentia plenaria)


HYMNUS

1. 
Lustra sex qui jam pe-régit, Tempus im-



plens córpo-ris, Sponte líbe-ra Redémptor Pas-


si- óni dédi-tus, Agnus in crucis le-vá-tur



Immo-lándus stí-pi-te. 2. Felle po-tus ecce lán-




guet: Spi-na, clavi, lance-a, Mi-te corpus




perfo-rá-runt: Unda manat et cru-or: Terra,




pontus, astra, mundus, Quo lavántur flúmine!



3. Heu! Salvá-tor mundi pendet In Crucis



pa-tí-bu-lo; Membra di-re la-ce-rá-ta Virgo



Ma-ter áspi-cit: Hinc precámur, nobis, Pa-ter,



Des fe-lí-cem é-xi-tum. Amen.

ANTIPHONA

ERat autem fere hora sexta, et ténebræ factæ sunt in univérsam terram usque in horam nonam: et obscurátus est sol, et velum templi scissum est médium. Et clamans voce magna Jesus ait: Pater, in manus tuas comméndo spíritum meum. Et hæc dicens, (*) hic exspirávit.

Ÿ. Adorámus te, Christe, et benedícimus tibi.

℞. Quia per sanctam Crucem tuam redemísti mundum.

Orémus.

RÉspice, quæsumus, Dómine, super hanc familiam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium, et Crucis hic subíre torméntum. *Sed dicitur sub silentio*: Qui tecum vivit et regnat in sæcula sæculórum.

℞. Amen.

Pater, Ave, Glória.


(*) *Cetera quæ sequuntur usque ad conclusionem Orationis exclusive dicuntur submissa voce.*

X


In eodem Monte Calvario
ad Altare B. Mariæ Virg. Perdolentis

(Indulgentia plenaria)


HYMNUS




Stabat Ma-ter do-loró-sa, Juxta crucem la-




crimósa, Dum pendébat Fí-li- us. 2. Pro pec-




cá-tis su-æ gentis Vidit Jesum in torméntis




Et flagéllis súbdi-tum. 3. Vidit su-um dulcem




na-tum Mo-ri- éndo deso-lá-tum, Dum emí-sit



spí-ri-tum. 4. E-ja ma-ter, fons amó-ris, Me sen-




tí-re vim do-ló-ris Fac ut tecum lúge-am.




5. Fac ut árde-at cor me-um, In amándo Chri-



stum De-um, Ut si-bi compláce-am. 6. Fac




me tecum pi-e flere, Cru-ci-fixo condo-lé-re,



Donec ego víxero. 7. Juxta crucem tecum sta-



re Et me ti-bi so-ci-á-re In planctu de-sí-



de-ro. Amen.

ANTIPHONA

Cum vidisset Jesus Matrem hic stantem juxta Crucem et discipulum quem diligebat, dicit Matri suæ: Múlier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce Mater tua.

Ÿ. Regína Mártyrum, ora pro nobis.

℞. Quæ juxta crucem Jesu constitisti.

Orémus.

Intervéniat pro nobis, quæsumus, Dómine Jesu Christe, nunc et in hora mortis nostræ, apud tuam cleméntiam beáta Virgo María Mater tua: cujus sacratíssimam ánimam in hora tuæ passionis dolóris gládus pertransívit: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℞. Amen.

Pater, Ave, Glória.

XI


Ad Lapidem Unctionis

(Indulgentia plenaria)

HYMNUS

II.


Pange, lingua, vulnerá-tum Corde Christum
lánce-a, Quod fe-rus mi-les reclú-sit Mortis




in tentamine, Unde cæ-li dona cuncta Us-



que no-bis próflu-unt. 2. Ecce noctis instat




hora Qua Redemptor stípi-te Amovéndus,



brachi-isque Collocándus Vírgi-nis, Alma ma-




ter, quo do-lóre, Pectus intus ángi-tur.



3. Joseph audax atque justus, Compa-rá-ta sín-




done, Integérque Nicodémus Vim ferens a-



róma-tum, Corpus unguunt linte-isque Hic




Ma-gístri cólligant. 4. O Redémptor, dulcis




ardor Cordis efféctus me-i, Utque præsens




adpro-pínquo Oscu-lórque vúlne-ra, Te la-




cértis cingo castis Fórti-ter complé-xibus.




5. Veste corpus cerno nudum Sauci-úmque



vúlne-re, Forma cæ-li, Christus adstat In-



quiná-tus ságuine; Membra cerno collocáta



Rupis hoc in léctu-lo. 6. O caput, salve, co-



róna Spíne-a circúmda-tum, O, ave, la-tus
 cru-énto Vulne-rá-tum cúspide: Me recónde
 criminósum Sacro in hoc fo-rámine. 7. Vos
 avé-te, sauci- á-tæ Effe-ris cla-vis manus:
 Ne repéllas me, Redémptor, E fo-rá-tis grés-
 sibus: Fac sodá-lem suppli-cántem Cæ-li-có-
 rum cí-vi-um. Amen.

ANTIPHONA

Accépérunt Joseph et Nicodémus corpus Jesu,
 et ligavérunt illud hic línteis cum aromátibus,
 sicut mos est Judæis sepelíre.

Ÿ. Oleum effúsum nomen tuum.

℞. Ideo adolescéntulæ dilexérunt te.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, qui tuum sacratíssimum Corpus, tuórum condescéndens devotióni fidélium, inúngi hic ab eisdem permisisti: concéde; ut corda nostra, unctiône grátiae tuæ, váleant ab omni infectiône peccáti præservári: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℞. Amen.


Pater, Ave, Glória.

XII


Ad gloriosum D. N. Jesu Christi Sepulcrum

(Indulgentia plenaria)


HYMNUS

VIII. 

Auró-ra cælum púrpu-rat, Æther re-súl-




tat láudibus: Mundus tri- úmphans júbi-lat,




Horrens avérnus ínfremít. 2. Rex ille dum for-




tis-simus, De mortis inférno specu, Patrum



sená-tum líbe-rum Edú-cit ad vi-tæ jubar.




3. Cujus sepúlcrum plú-rimo Custóde signá-




bat la-pis, Victor tri-úmphat, et su-o Mor-




tem sepúlcro fúnerat. 4. Sat fúneri, sat lácri-




mis, Sat est da-tum do-ló-ri-bus: Surréxit ex-




stíntor ne-cis, Clamat corúscans Ange-lus.



5. Ad hunc sacrá-tum Túmu-lum, Pre-cámur,




Auctor ómni- um: Ab omni mortis ímpe-tu




Tu-um de-fénde pópu-lum.


*Tempore Paschali loco præcedentis strophæ canitur
sequens:*




5. Ut sis perénne méntibus Paschá-le Jesu




gáudi- um, A morte di-ra críminum Vi-tæ re-



ná-tos líbe-ra. 6. De- o Patri sit gló-ri- a,



Et Fí-li- o, qui a mórtu- is Surréxit, ac



Pa-rácli-to, In sempi-térna sæcu-la. Amen.

In solemnioribus Processionibus, omissis duabus ultimis strophis, Hymno præcedenti adjungitur sequens:

HYMNUS

Ad régias Agni dapes,
Stolis amícti cándidis,
Post tránsitum maris Rubri,
Christo canámus Príncipi.

Divína cujus cáritas
Sacrum propínat sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor sacérdos ímmolat.

Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus:
Fugítque dívísium mare,
Mergúntur hostes flúctibus.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyrna.

O vera cæli víctima,
Subjécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.

Victor subáctis ínferis
Throphæa Christus éxplicat,

Cælóque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.

Ad hunc sacrátum túmulum,
Precámur, Auctor ómnium:
Ab omni mortis ímpetu
Tuum defénde pópulum.

*Tempore Paschali loco præcedentis strophæ canitur
sequens :*

Ut sis perénne méntibus
Paschále, Jesu, gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

ANTIPHONA

Dixit Angelus hic muliéribus: Nolíte expavé-
scere. Jesum quæritis Nazarénium, crucifíxum:
surréxit, non est hic; ecce locus ubi posué-
runt eum. Allelúja.

Ÿ. Surréxit Dóminus de hoc Sepúlcro, alle-
lúja.

℞. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Orémus.

Deus, qui per triumphálem Unigéniti tui Resurrectionem mundo salutis remédia contulisti, atque æternitátis nobis áditum devícta morte reserásti: vota nostra quæ præveniéndō aspíras, étiam adjuvándō proséquere. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℟. Amen.

Pater, Ave, Glória.


XIII

Ad Locum


ubi Christus apparuit Mariæ Magdalenæ

(Indulgentia 7 ann. et 7 quadrag.)


HYMNUS




Christus tri- úmphum gló-ri- æ Monstrá-re




cunctis vó-lu- it; Sed prima fe-runt gáudi- a,



Qui plus ardébant cé-te-ris. 2. Quod Magda-



léna nóve-rat, Dum luce prima férví-da



Hinc inde currit sáuci-a, Amó-re Chri-sti




lánguida. 3. Adstáre non timet cru-ci, Sepul-



cro inhæ-ret ánxí-a, Truces nec horret mí-







li-tes: Pel-lit timó-rem cá-ri-tas. 4. Christum



quem vi-vum fórti-ter Di-lé-xit, quæ-rit mór-



tu-um Unguénto ungéndum óptimo, Quem



ANTIPHONA

Surgens Jesus mane, prima sábbati, appáruit hic
Maríæ Magdalénæ, de qua ejécerat septem
dæmónia.

Ÿ. Mariá, noli me tángere.

℞. Nondum enim ascéndi ad Patrem meum.

Orémus.

Beátæ Mariæ Magdalénæ, quæsumus, Dómine Deus, suffrágiis adjuvémur: cujus précibus exorátus, quatríduánum fratrem Lázarus vivum ab ínferis resuscitásti; sed et te post resurrectiódinem vivum hic ostendísti: Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

℞. Amen.

Pater, Ave, Glória.


XIV


Ad Capellam Apparitionis Christi Resurgentis Matri suæ Mariæ

(Indulgentia plenaria)


HYMNUS

II.






O glo-ri-ó-sa Dómina. 2. Victa ne-ce, fracta




lethe, Splendor patérnæ gló-ri-æ; Gaude vi-




vens, venit splendens, Jam lu-cis orto sídere.




3. Morti da-tum, susci-tá-tum So-lú-tis cernis




lúctibus; Unde pontus, astra, mundus, Exsúl-




tet cæ-lum láudibus. 4. Hinc imménsas psal-



lat o-das Omnis sacrá-tæ Trí-adi; Quæ nos



ducat et indúcat Ad cœnam Agni próvi-di.



Amen.

Litaniæ B. Mariæ Virginis

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,

miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi, Deus,

miserére nobis.

Spiritus Sancte, Deus,

miserére nobis.

Sancta Trínitas, unus Deus,

miserére nobis.

Sancta María,

ora pro nobis.

Sancta Dei Génitrix,

ora.

Sancta Virgo Vírginum,

ora.

Mater Christi,

ora.

Mater divínæ grátiae,

ora.

Mater puríssima,

ora.

Mater castíssima,

ora.

Mater invioláta,

ora.

Mater intemeráta,

ora.

Mater amábilis,

ora.

Mater admirábilis,	ora pro nobis.
Mater boni consílii,	ora.
Mater Creatóris,	ora.
Mater Salvatóris,	ora.
Virgo prudentíssima,	ora.
Virgo veneránda,	ora.
Virgo prædicánda,	ora.
Virgo potens,	ora.
Virgo clemens,	ora.
Virgo fidélis,	ora.
Spéculum justítiæ,	ora.
Sedes sapiéntiæ,	ora.
Causa nostræ lætítiæ,	ora.
Vas spirítuale,	ora.
Vas honorábile,	ora.
Vas insígne devotiónis,	ora.
Rosa mýstica,	ora.
Turris Davidica,	ora.
Turris ebúrnea,	ora.
Domus áurea,	ora.
Fóederis arca,	ora.
Jánua cæli,	ora.
Stella matutína,	ora.
Salus infirmórum,	ora.
Refúgium peccatórum,	ora.
Consolátrix afflictórum,	ora.
Auxílium Christianórum,	ora.
Regína Angelórum,	ora.


Regína Patriarchárum,	ora pro nobis.
Regína Prophetárum,	ora.
Regína Apostolórum,	ora.
Regína Mártyrum,	ora.
Regína Confessórum,	ora.
Regína Vírginum,	ora.
Regína Sanctórum ómnium,	ora.
Regína sine labe origináli concépta,	ora.
Regína sacratíssimi Rosárii,	ora.
Regína pacis,	ora.
Regína Ordinis Minórum,	ora.
Advocáta navigántium,	ora.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,	
	parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,	
	exáudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,	
	miserére nobis.

Antiphona B. M. Virginis alternatim cantanda

Cantores




Gaude, Virgo, Ma-ter Christi: Condemná-




tum quem vi-dísti.

Chorus


Re-sur-ré-xit sic-ut di-xit.

Cantores


Gaude, lumen cla-ri-tá-tum: Quem vi-dí-sti




conclavá-tum.

Chorus


Re-sur-ré-xit sic-ut di-xit.

Cantores


Gaude, magnum fle-tus ma-re: Quem vi-




dísti exspi-rá-re.

Chorus

Re-sur-ré-xit sic-ut di-xit.

Cantores


Gaude, flos odóris mi-ri: Quem vi-dísti




sepe-lí-ri.

Chorus

Re-sur-ré-xit sic-ut di-xit.

Cantores


Gaude, Ma-ter alma Christi: Glo-ri-ósum



quem vidísti.

Chorus

Re-sur-réxit sic- ut di-xit. Al-le-lú-ja, alle-



lú-ja, alle-lú-ja.

℣. Gaude et lætare, Virgo María, allelúja.

℟. Quia surrexit Dóminus vere, allelúja.

Orémus.

Deus, qui per resurrectionem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi mundum lætificáre dignátus est: præsta, quæsumus; ut per ejus Genitricem Vírginem Mariám perpétuæ capiámus gáudia vitæ.

Sanctíssimæ Genitricis tuæ Sponsi, quæsumus, Dómine, méritis adjuvémur: ut quod possibilitas nostra non óbtinet, ejus nobis intercessióne donétur.

Deus, qui Ecclesiám tuam beáti Patris nostri Francísci méritis foetu novæ prolis amplíficas: tribue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, et cæléstium donórum semper participatióne gaudére.

Deus, ómnium fidélium pastor et rector, fámulum tuum *N.*, quem pastórem Ecclesiæ tuæ præesse voluísti, propítius réspice: da ei, quæsumus, verbo et exémplo, quibus præest, proficere; ut ad vitam, una cum grege sibi crédito, pervéniat sempitérnam.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut fámulus tuus *N.*, Rex noster, qui tua miseratióne suscepit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat increménta: quibus decénter ornátus, et vitiórum monstra devitáre, et ad te, qui via, véritas et vita es, gratiósus váleat perveníre.

Deus, refúgium nostrum et virtus, adésto piis Ecclesiæ tuæ précibus, auctor ipse pietátis, et præsta: ut quod pro præsentibus Terræ Sanctæ necessitatibus fidéliter pétimus, efficáciter consequámur. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

In solemnioribus Processionibus una tantum dicitur Oratio, prima nempe in ordine, cum conclusione brevi. In pervigiliis Principum christianorum natalium, primæ Orationi additur Oratio pro Rege, ceteris omissis.

Responsorium in honorem S. Antonii de Padua

Si quæris mirácula:
S Mors, error, calámitas,
Dæmon, lepra fúgiunt,
Ægri surgunt sani.

℞. Cedunt mare, víncula;
Membra resque pérditas
Petunt et accípiunt
Júvenes et cani.

℣. Péreunt perícula,
Cessat et necéssitas:
Narrent hi qui séntiunt,
Dicant Paduáni.

℞. Cedunt mare, víncula;
Membra resque pérditas
Petunt et accípiunt
Júvenes et cani.

℣. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

℞. Cedunt mare, víncula;
Membra resque pérditas
Petunt et accípiunt
Júvenes et cani.

℣. Ora pro nobis, beáte Antóni.

℞. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

Ecclesiám tuam, Deus, beáti Antónii, Confes-
soris tui, deprecátio votíva lætíficet: ut spi-
rituálibus semper muniátur auxiliis, et gáudiis
pérfrui mereátur ætéris. Per Christum Dómi-
num nostrum.

℞. Amen.

Deinde recitantur sex Pater, Ave et Glória ad Indulgentias Stationis lucrandas, et in fine dicitur Psalmus De profundis cum suis Versiculis et Oratione.

Pro Feriis III et VI

Feria III et VI, post Processionem, fit expositio et benedictio cum Venerabili. Proinde Litaniae B. Mariæ Virginis cum sequentibus Orationibus omittuntur, et præmisso cantu primæ strophæ Hymni Pange, lingua, recitantur Litaniae de SS. Nomine vel de SS. Corde Jesu, uti infra notantur.

Dein adjungitur Responsorium Si quæris miracula, et, dictis sex Pater, Ave et Glória ad lucrandas Indulgentias Stationis, canitur Hymnus Tantum ergo, et impertitur benedictio cum SS. Sacramento.

Pro Feria III

Litaniae Sanctissimi Nominis Jesu

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Jesu, audi nos.

Jesu, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,	miserére nobis.
-----------------------	-----------------

Fili, Redemptor mundi, Deus,	miserére.
------------------------------	-----------

Spíritus sancte, Deus,	miserére.
------------------------	-----------

Sancta Trínitas, unus Deus,	miserére.
-----------------------------	-----------

Jesu, Fíli Dei vivi,	miserére.
----------------------	-----------

Jesu, splendor Patris,	miserére.
------------------------	-----------

Jesu, candor lucis æternæ,	miserére nobis.
Jesu, rex glóriæ,	miserére.
Jesu, sol justitiæ,	miserére.
Jesu, Fili Mariæ Vírginis,	miserére.
Jesu amábilis,	miserére.
Jesu admirábilis,	miserére.
Jesu, Deus fortis,	miserére,
Jesu, Pater futúri sæculi,	miserére.
Jesu, magni consílii Angele,	miserére.
Jesu potentíssime	miserére.
Jesu patientíssime,	miserére.
Jesu obedientíssime,	miserére.
Jesu, mitis et húmilis corde,	miserére.
Jesu, amátor castitátis,	miserére.
Jesu, amátor noster,	miserére.
Jesu, Deus pacis,	miserére.
Jesu, auctor vitæ,	miserére.
Jesu, exémpLAR virtútum,	miserére.
Jesu, zelátor animárum,	miserére.
Jesu, Deus noster,	miserére.
Jesu, refúgium nostrum,	miserére.
Jesu, pater páuperum,	miserére.
Jesu, thesáurus fidélium,	miserére.
Jesu, bone pastor,	miserére.
Jesu, lux vera,	miserére.
Jesu, sapiéntia æterna,	miserére.
Jesu, bónitas infiníta,	miserére.
Jesu, via et vita nostra,	miserére.

Jesu, gáudium Angelórum,	miserére nobis.
Jesu, rex Patriarchárum,	miserére.
Jesu, magíster Apostolórum,	miserére.
Jesu, doctor Evangelistárum,	miserére.
Jesu, fortitúdo Mártýrum,	miserére.
Jesu, lumen Confessórum,	miserére.
Jesu, púritas Vírginum,	miserére.
Jesu, coróna Sanctórum ómnium,	miserére.
Propítius esto,	parce nobis, Jesu.
Propítius esto,	exáudi nos, Jesu.
Ab omni malo,	líbera nos, Jesu.
Ab omni peccáto,	líbera.
Ab ira tua,	líbera.
Ab insídiis diáboli.	líbera.
A spírítu fornicatiónis,	líbera.
A morte perpétua,	líbera.
A negléctu inspiratiónum tuárum,	líbera.
Per mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ,	líbera.
Per nativitátem tuam,	líbera.
Per infántiam tuam,	líbera.
Per diviníssimam vitam tuam,	líbera.
Per labóres tuos,	líbera.
Per agoníam et passióem tuam,	líbera.
Per crucem et derelictiόem tuam,	líbera.
Per languóres tuos,	líbera.
Per mortem et sepultúram tuam,	líbera.
Per resurrectiόem tuam,	líbera.
Per ascensiόem tuam,	líbera.

Per sanctíssimæ Eucharístiæ institutióem
tuam, libera nos Jesu.
Per gáudia tua, libera.
Per glóriam tuam, libera.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
parce nobis, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
exáudi nos, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
miserére nobis, Jesu.
Jesu, audi nos.
Jesu, exáudi nos.








Orémus.


Dómine Jesu Christe, qui dixísti: Petite, et accipietis; quærite, et inveniétis; pulsáte, et aperietur vobis: quæsumus, da nobis peténtibus divínissimi tui amóris afféctum, ut te toto corde, ore et ópere diligámus, et a tua numquam laude césémus.

Sancti Nóminis tui, Dómine, timórem páriter et amórem fac nos habére perpétuum: quia numquam tua gubernatióne destituis, quos in soliditáte tuæ dilectiόνis instítuis: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum.

R. Amen.

Responsorium in honorem S. Antonii de Padua

1. 
 Si quæ-ris mi-rá- cu-la: Mors, error, ca-

 lámi-tas, Dæmon, lepra fúgi- unt, Ægri sur-

 gunt sani. *℞.* Cedunt ma-re, víncu-la; Membra

 resque pérdi-tas Pe-tunt et accí-pi-unt Júve-

 nes et ca-ni. *℣.* Pér-e-unt pe-rícu-la, Cessat et

 necéssi-tas: Narrent hi qui sénti-unt, Di-cant

 Padu-áni. *℞.* Cedunt mare. *℣.* Gló-ri- a Patri,



dunt mare.

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Antóni.

R. Ut digni efficiámur promissiõnibus Christi.

Orémus.

Ecclésiám tuam, Deus, beáti Antónii, Confes-
sórís tui, deprecátio votíva lætíficet: ut spi-
rituálibus semper muniátur auxiliis et gáudiis pér-
frui mereátur ætérnis. Per Christum Dóminum
nostrum.

R. Amen.

Pro Feria VI

Litaniæ Sacratissimi Cordis Jesu

Kýrie, eléison.

Christe, eléison.

Kýrie, eléison.

Christe, audi nos.

Christe, exáudi nos.

Pater de cælis, Deus,

miserére nobis.

Fili, Redemptor mundi, Deus,	miserére nobis.
Spíritus Sancte, Deus,	miserére.
Sancta Trínitas, unus Deus,	miserére.
Cor Jesu, Fili Patris æterni,	miserére.
Cor Jesu, in sinu Vírginis Matris a Spíritu Sancto formátum,	miserére.
Cor Jesu, Verbo Dei substantiáliter unítum,	miserére.
Cor Jesu, Majestátis infinítæ,	miserére.
Cor Jesu, Templum Dei sanctum,	miserére.
Cor Jesu, Tabernáculum Altíssimi,	miserére.
Cor Jesu, domus Dei et porta cæli,	miserére.
Cor Jesu, fornax ardens caritátis,	miserére.
Cor Jesu, justítiæ et amóris rece- ptáculum,	miserére.
Cor Jesu, bonitátis et amóre plenum,	miserére.
Cor Jesu, virtútum ómnium abýssus,	miserére.
Cor Jesu, omni laude digníssimum,	miserére.
Cor Jesu, rex et centrum ómnium córdium,	miserére.
Cor Jesu, in quo sunt omnes the- sáuri sapiéntiæ et sciéntiæ,	miserére.
Cor Jesu, in quo hábitat omnis ple- nitúdo divinitátis,	miserére.
Cor Jesu, in quo Pater sibi bene com- plácuit,	miserére.
Cor Jesu, de cujus plenitúdine omnes nos accévimus,	miserére.

Cor Jesu, desidérium cóllium æter-
nórum, miserére nobis.
Cor Jesu, pátiens et multæ miseri-
córdiæ, miserére.
Cor Jesu, dives in omnes qui ínvo-
cant te, miserére.
Cor Jesu, fons vitæ et sanctitátis, miserére.
Cor Jesu, propitiátio pro peccátis
nostris, miserére.
Cor Jesu, saturátum oppróbriis, miserére.
Cor Jesu, attrítum propter scélera
nostra, miserére.
Cor Jesu, usque ad mortem obé-
diens factum, miserére.
Cor Jesu, láncea perforátum, miserére.
Cor Jesu, fons totíus consolatiónis, miserére.
Cor Jesu, vita et resurréctio nostra, miserére.
Cor Jesu, pax et reconciliátio nostra, miserére.
Cor Jesu, víctima peccatórum, miserére.
Cor Jesu, salus in te sperántium, miserére.
Cor Jesu, spes in te moriéntium, miserére.
Cor Jesu, delíciæ Sanctórum ómnium, miserére.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
exáudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi,
miserére nobis.

Ÿ. Jesu, mitis et húmilis corde.

℞. Fac cor nostrum secúndum Cor tuum.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, respice in Cor dilectíssimi Fílii tui, et in laudes et satisfactiões, quas in nómine peccatórum tibi persólvit, iisque misericórdiam tuam peténtibus tu véniam concéde placátus, in nómine ejúsdem Fílii tui Jesu Christi: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

℞. Amen.



ORDO PROCESSIONUM

QUIBUSDAM DIEBUS PER ANNUM PERAGENDARUM

IN BASILICA SANCTI SEPULCRI



PRO FERIA IV MAJORIS HEBDOMADÆ

Juxta antiquissimum morem, S. Columna Flagellationis hodie publicæ venerationi exponitur. Quotidiana Processio autem peragitur mane, post expletam Missam cantatam, et Statio ad Altare Columnæ Flagellationis ceteris postponitur ac ultimo loco fit.

Processio incipit a Capella Carceris et more solito persolvitur. Peracta vero Statione ad Altare S. Mariæ Magdalenæ, cantores intonant Hymnum Salve, Columna nóbilis (pag. 16), omnesque ad Altare Columnæ Flagellationis procedunt, ubi ceteræ huic Stationi adsignatæ preces persolvuntur, et omissa Statione in honorem Apparitionis Christi Resurgentis Matri suæ Sanctissimæ, Processioni finis datur.

ORDO PROCESSIONIS FUNEBRIS


FERIA VI IN PARASCEVE PERAGENDÆ

I


Ad Capellam Apparitionis

Incipiunt Cantores Antiphonam:


II.



Offé-rimus ergo * ti-bi, Pa- ter, hunc



Fí-li-um ca- rí-ssimum, hunc Sa-cerdó-tem




et Pon- tí- fi- cem sum- mum, hunc Pastó-rem



ópti- mum at- que fi- de- lí-ssimum: qui se




pro nobis trá- di- dit obla- ti- ónem et hósti-



am in odó- rem su- a- vi- tá- tis.

Dein fit primus sermo, italica lingua. Qui cum peractus fuerit, cantores intonant Psalmum Miserére, et Processio progreditur ad Capellam Divisionis Vestimentorum et ad Columnam Improperiorum, ubi alii duo sermones habentur.


PSALMUS 50



1. Mi-serére me- i De- us, * secúndum ma-




gnam mi-seri-córdi- am tu- am. 2. Et secúndum




multi-túdinem mi-sera-ti- ónum tu- árum,* de-le




in-iqui- tátem me- am.



3. Ampli- us lava me ab in-iqui-táte me- a: *




et a peccá-to me- o munda me. 4. Quóni- am




in-iqui-tá-tem me- am ego cognóscó: * et pec-



cá-tum me-um contra me est semper.




5. Tibi so-li peccávi, et ma-lum coram te




fe-ci: * ut justi-ficé-ris in sermónibus tu-is,




et vincas cum judi-cá-ris. 6. Ecce enim in



in-iqui-tá-tibus concéptus sum: * et in pec-




cá-tis concé-pit me ma-ter me-a.




7. Ecce enim ve-ri-tá-tem di-le-xísti: * incér-




ta et occúlta sapi-énti-æ tu-æ mani-festásti




mi-hi. 8. Aspérget me hyssópo et mundábor: *




lavábis me, et super nivem de- albábor.



9. Audí-tu- i me- o dabis gáudi- um et læ-




tí-ti- am: * et exsultábunt ossa humi- li- á- ta.



10. Avérte fáci- em tu- am a peccá- tis me- is: *




et omnes in-iqui- tá- tes me- as de- le.




11. Cor mundum cre- a in me, De- us: * et




spí-ri- tum rectum ínno- va in viscé- ribus me- is.



12. Ne pro-jí-ci-as me a fá-ci-e tu-a: * et




spí-ri-tum sanctum tu-um ne áuferas a me.




13. Redde mihi læ-tí-ti-am sa-lu-tá-ris tu-i: *



et spí-ri-tu principá-li confírma me.



14. Docébo iníquos vi-as tu-as: * et ímpi-i



ad te converténtur.




15. Líbe-ra me de sanguínibus, De-us, De-us,




sa-lú-tis me-æ: * et exsultábit lingua me-a




justí-ti- am tu- am. 16. Dómine, lábi- a me- a




a-pé-ri- es: * et os me- um annunti- á-bit lau-




dem tu- am.




17. Quóni- am si vo-lu- ísses sacri- fí-ci- um, de-




díssem ú-tique: * ho-locáustis non de-lectá-



be-ris. 18. Sacri- fí-ci- um De- o spí-ri-tus contri-




bu-lá tus: * cor contrí-tum et humi-li- á-tum,




De- us, non despí- ci- es.




19. Benigne fac, Dómine, in bona vo-luntá-te



tu- a Si- on: * ut ædi- ficéntur mu-ri Je-rú-



sa-lem. 20. Tunc acceptábis sacri-fí-ci- um ju-



stí-ti- æ, obla-ti- ónes et ho-locáusta: * tunc



imponent super altáre tu-um ví- tu-los.

II

Ad Montem Calvariæ

Cum Processio ad Montem Calvariæ pervenerit, deposita Cruce ante Altare Crucifixionis, quarta habetur concio. Deinde ad locum ubi Christus exspiravit proceditur, et collocatur Crux in ipso foramine Calvariæ rupis ubi Crux Christi erecta fuerat. Hic quintus habetur sermo gallico idiomate. Quibus peractis, canitur a Diacono sequens Evangelium (Joann., 19, 38-42):

Post hæc autem rogávit Pilátum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæórum), ut tólleret corpus Jesu. Et permísit Pilátus. Venit ergo, et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodémus, qui vénerat ad Jesum nocte primum, ferens mixtúram myrrhæ, et áloës, quasi libras centum. Accepérunt ergo corpus Jesu, et ligavérunt illud línteis cum aromátibus, sicut mos est Judæis sepelíre. Erat autem in loco ubi crucifíxus est, hortus: et in horto monuméntum novum, in quo nondum quisquam pósitus erat. Ibi ergo propter Parasceve Judæórum, quia juxta erat monuméntum, posuérunt Jesum.

Expleto Evangelio, per binos Diaconos, Josephi et Nicodemi personas agentes, fit Imaginis Christi e Cruce pendentis Depositio. Dein canitur a Choro Responsorium:

II. 


Ve-lum templi * scis-sum est, * Et omnis



ter- ra trému- it: latro de cru-



ce clamábat, di- cens: Meménto me- i,









Dómi- ne, dum vé-ne-ris in re-
gnum tu- um. V. Pe-træ scissæ sunt, et
monuménta apérta sunt, et multa córpo-ra
sanctórum, qui dormí-e-rant, surre- xé-
runt. * Et omnis.

III


Ad Petram Unctionis et ad S. Sepulcrum


*Postea Imago Crucifixi ad Petram Unctionis defer-
tur, ubi aromatibus conspergitur et thurificatur, et ubi
dein arabica concio habetur.*

*His tandem peractis, sacra Imago per quatuor Sa-
cerdotes ad S. Sepulcrum defertur, et dum a Celebrante
in hoc sacro loco reponitur, canit chorus Responso-
rium:*


II. 
 Sepúl-to * Dó-mino, signá-tum est mo-

 numén- tum, volvén-tes lápi- dem ad

 ósti-um monumén- ti: * Ponén- tes mí-

 li- tes, qui custodí- rent il- lum.

 y. Accedén-tes príncipes sacerdó-tum ad Pi-

 lá- tum, pe-ti- é-runt il- lum. * Po-

 nén-tes.

Habita dein ultima concione hispanica lingua, cantatur Responsorium:


V. 
 Chri-stus * factus est pro no- bis o-



bé-di-ens usque ad mor-tem, mor-tem



au-tem cru-cis. V. Pro-




pter quod et De-us exaltávit il-lum



et de-dit il-



li no-men, quod est super



omne * no-men.

ORATIO


Réspice, quæsumus, Dómine, super hanc famí-
liam tuam, pro qua Dóminus noster Jesus
Christus non dubitávit mánibus tradi nocéntium,
et crucis subíre torméntum.



ORDO PROCESSIONIS SOLEMNIS IN RESURRECTIONE D. N. J. C.

Expleta Missa Pontificali, ordinatur Processio et Sanctum Domini Sepulcrum tribus vicibus circumitur. Processione perdurante, canuntur Hymni Auróra cælum púrpurat, et Ad régias Agni dapes, ac a quatuor Diaconis quatuor Evangelia Resurrectionis ordine infra-scripto decantantur.

HYMNUS

VIII. 

Auróra cælum púrpurat, Æther resúltat



láudibus : Mundus tri-úmphans júbi-lat.



Horrens avérnus ínfremit.

Rex ille dum fortissimus,
De mortis inférno specu,
Patrum senátum liberum
Edúcit ad vitæ jubar.

Cujus sepúlcrum plúrimo
Custóde signábat lapis,
Victor triúmphat et suo
Mortem sepúlcro fúnerat.

Sat fúneri, sat lácrimis,
Sat est datum dolóribus:
Surréxit exstíctor necis,
Clamat corúscans Angelus.

HYMNUS

Ad régias Agni dapes,
Stolis amícti cándidis,
Post tránsitum maris Rubri,
Christo canámus Príncipi.

Divína cujus cáritas
Sacrum própínat sánguinem,
Almíque membra córporis
Amor sacérdos ímmolat.

Sparsum cruórem póstibus
Vastátor horret Angelus:
Fugítque divísium mare,
Mergúntur hostes flúctibus.

Jam Pascha nostrum Christus est,
Paschális idem víctima,
Et pura puris méntibus
Sinceritátis ázyna.

O vera cæli víctima,
Subjécta cui sunt tártara,
Solúta mortis víncula,
Recépta vitæ præmia.

Victor subáctis ínferis,
Trophæa Christus éxplicat:
Cælóque apérto, súbditum
Regem tenebrárum trahit.

Ut sis perénne méntibus
Paschále, Jesu, gáudium,
A morte dira críminum
Vitæ renátos líbera.

Deo Patri sit glória,
Et Fílio, qui a mórtuis
Surréxit, ac Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

Incepto primo gyro, Diaconus primus accedit ad septemtr. latus S. Sepulcri et cantat sequens Evangel.:



Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joánnem. Joann., 20, 11-18.

In illo témpore: María stabat ad monuméntum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinávit se, et prospéxit in monuméntum: et vidit duos An-

gelos in albis sedéntes, unum ad caput et unum ad pedes ubi pósito fúerat corpus Jesu. Dicunt ei illi: Múlier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulérunt Dóminum meum, et néschio ubi posuérunt eum. Hæc cum dixisset, convérta est retrórsum, et vidit Jesum stantem: et non sciébat quia Jesus est. Dicit ei Jesus: Múlier, quid ploras? Quem quæris? Illa exístimans quia hortulánus esset, dicit ei: Dómine, si tu sustulísti eum, dícito mihi ubi posuísti eum: et ego eum tollam. Dicit ei Jesus: María. Convérta illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magíster). Dicit ei Jesus: Noli me tángere, nondum enim ascénderi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos; et dic eis: Ascéndo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum. Venit María Magdaléne annúntians discíplis: Quia vidi Dóminum, et hæc dixit mihi.

Dum secunda vice circumitur Sanctum Sepulcrum, alter Diaconus accedit ad meridionale latus ejusdem Sepulcri, et cantat ibi Evangelium ut sequitur:

✠ Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Joán-nem.

Joann., 20, 19-31.

In illo témpore: Cum sero esset die illo, et fores essent cláusæ, ubi erant discípli congregáti propter metum Judæórum: venit Jesus et stetit in médio, et dixit eis: Pax vobis. Et cum

hoc dixisset, osténdit eis manus et latus. Gavísi sunt ergo discípuli, viso Dómino. Dixit ergo eis íterum: Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflávit, et dixit eis: Accípite Spíritum Sanctum: quorum remisérítis peccáta, remittúntur eis: et quorum retinuérítis, reténta sunt. Thomas autem, unus ex duódecim, qui díctur Dídymus, non erat cum eis quando venit Jesus. Dixérunt ergo ei álíi discípuli: Vídímus Dóminum. Ille autem dixit eis: Nisi vídero in mánibus ejus fixúram clavórum, et mittam dígitum meum in locum clavórum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. Et post dies octo, íterum erant discípuli ejus intus: et Thomas cum eis. Venit Jesus jánuis cláuis, et stetit in médio, et dixit: Pax vobis. Deínde dicit Thomæ: Infer dígitum tuum huc, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incrédulus, sed fidélis. Respóndit Thomas et dixit ei: Dóminus meus, et Deus meus. Dixit ei Jesus: Quia vidísti me, Thoma, credidísti: beáti qui non vidérunt, et credidérunt! Multa quidem et ália signa fecit Jesus in conspéctu discipulórum suórum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt ut credátis, quia Jesus est Christus Fílius Dei: et ut credéntes, vitam habeátis in nómine ejus.

*Expleto tertio gyro, Processio vertit ad Lapidem
Uctionis, quo cum pervenerit, tertius Diaconus canit
Evangelium:*

❁ Sequéntia sancti Evangélíi secúndum Lucam.

Luc., 24, 13-35.

In illo témpore: Duo ex discípu-
lis Jesu ibant ipsa die in castéllum quod erat in spátio sta-
diórum sexagínta ab Jerúsalem, nómine Emmaus.
Et ipsi loquebántur ad invícem de his ómnibus
quæ accíderant. Et factum est, dum fabularéntur
et secum quærerent, et ipse Jesus appropínquans
ibat cum illis: óculi autem illórum tenebántur
ne eum agnóscerent. Et ait ad illos: Qui sunt
hi sermónes, quos confértis ad ínvicem ambu-
lántes, et estis tristes? Et respóndens unus, cui
nomen Cléophas, dixit ei: Tu solus peregrínus
es in Jerúsalem, et non cognovísti quæ facta
sunt in illa his diébus? Quibus ille dixit: Quæ?
Et dixerunt: De Jesu Nazaréno, qui fuit vir pro-
phéta, potens in ópere et sermóne, coram Deo
et omni pópulo: Et quómodo eum tradidérunt
summi sacerdótes et príncipes nostri in damna-
tiónem mortis, et crucifixerunt eum. Nos autem
sperabámus quia ipse esset redemptúrus Israel:
et nunc super hæc ómnia, tértia dies est hódie
quod hæc facta sunt. Sed et mulieres quædam
ex nostris terruérunt nos, quæ ante lucem fué-

runt ad monuméntum, et non invénto córpore ejus, venérunt dicéntes, se étiam visiónem Angelórum vidísse, qui dicunt eum vívere. Et abiérunt quidam ex nostris ad monuméntum: et ita invenérunt sicut mulieres dixerunt, ipsum vero non invenérunt. Et ipse dixit ad eos: O stulti, et tardi corde ad credéndum in ómnibus quæ locúti sunt Prophétæ! Nonne hæc opórtuit pati Christum, et ita intráre in glóriam suam? Et incípiens a Móyse et ómnibus Prophétis, interpretabátur illis in ómnibus Scriptúris, quæ de ipso erant. Et appropinquavérunt castéllo, quo ibant: et ipse se finxit lóngius ire. Et coegérunt illum, dicéntes: Mane nobíscum, quóniam advesperáscit, et inclináta est jam dies. Et intrávit cum illis. Et factum est, dum recúmberet cum eis, accépit panem et benedíxit ac fregit, et porrigébat illis. Et apérti sunt óculi eórum, et cognovérunt eum: et ipse evánuít ex óculis eórum. Et dixerunt ad ínvicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquerétur in via, et aperíret nobis Scriptúras? Et surgéntes eádem hora regréssi sunt in Jerúsalem: et invenérunt congregátos úndecim, et eos qui cum illis erant, dicéntes: Quod surréxit Dóminus vere, et appáruit Simóni. Et ipsi narrábant quæ gesta erant in via: et quómodo cognovérunt eum in fractióne panis.

Cum tandem Processio reverterit ante S. Sepulcrum, quartus Diaconus cantat ibi ultimum Evangelium prout sequitur :

✻ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Mar-
cum.


Marc., 16, 1-7.

In illo témpore: María Magdaléne et María Ja-
cóbi et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes
úngerent Jesum. Et valde mane una sabbatórum,
véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Et dicé-
bant ad ínvicem: Quis revólvét nobis lápidem ab
óstio monuménti? Et respiciéntes vidérunt revo-
lútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et
introeúntes in monuméntum, vidérunt júvenem
sedéntem in dextris, coopértum stola candída, et
obstupuérunt. Qui dicit illis: Nolíte expavéscere;
Jesum quáeritis Nazarénum, crucifíxum: surrélixit;
non est hic: ecce locus ubi posuérunt eum. Sed
ite, dícite discípulis ejus et Petro, quia præcédit
vos in Galilæam: ibi eum vidébítis, sicut dixit
vobis.


*Completo Evangelio et Celebrante thurificato, Can-
tores intonant Antiphonam :*



Et ecce terræmótus * factus est magnus:



Ange-lus enim Dómi-ni descéndit de cæ-lo,



alle-lú-ja.

℣. Surréxit Dóminus de hoc Sepúlcro, alle-lúja.

℟. Qui pro nobis pepéndit in ligno, allelúja.

Orémus.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum æternitátis nobis áditum, devícta morte, rese-rásti: vota nostra, quæ præveniéndó áspiras, étiam adjuvándó proséquere. Per eúmdem Dóminum nostrum.

℟. Amen.

His persolutis, a Celebrante intonatur Hymnus Te Deum laudámus (pag. 100), et Processio pergit ad Capellam Ss̃mi Sacramenti. (Notetur Versiculum Te ergo, quæsumus, canendum esse post Altaris et Celebrantis thurificationem).

℣. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

℟. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℟. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinitus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui pe-téntibus postuláta concédis, eósdem non dese-rens, ad præmia futúra dispónas. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.


℞. Amen.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo.




Benedi-cámus Dó-



mi-no.




℞. De- o grá- ti- as.




ORDO PROCESSIONIS IN DIE INVENTIONIS S. CRUCIS

*Missa Pontificali in Crypta Inventionis S. Crucis
expleta, omnes ad partem superiorem Templi conscen-
dunt et processionaliter S. Sepulcrum ter circumeunt.
Interim canitur sequens*


HYMNUS



Ve-xíl-la Re- gis pród- e- unt: Fulget Cru-



cis mysté-ri- um, Qua vi-ta mortem pértu-lit,



Et mor- te vi- tam prótu-lit.

Quæ vulneráta lánceæ
Mucrónē diro, críminum
Ut nos laváret sórdibus,
Manávit unda et sángine.

Impléta sunt quæ cóncinit
David fidéli cármine,
Dicéndo natió nibus:
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra et fúlgida,
Ornáta Regis púrpura,
Elécta digno stípíte
Tam sancta membra tángere.


Beáta, cujus bráchiis
Préti-um pepéndit sæculi:
Statéra facta córporis,
Tulítque prædam tártari.

(*) O Crux ave, spes única,
Paschále quæ fers gáudium:
Piis adáuge grátiam,
Reisque dele crímina.

Te, fons salútis, Trínitas,
Colláudet omnis spíritus:
Quibus Crucis victóriam
Largíris, adde præmíum. Amen.

(*) *Stropha O Crux canenda est post Altaris incensationem.*

Expleto Hymno, Cantores intonant Antiphonam :



Nos autem * glo-ri-á-ri opór-tet in cru-



ce Dómini nostri Jesu Christi, alle-lú-ja.

℣. Per signum Crucis de inimícis nostris, allelúja.

℟. Líbera nos, Deus noster, allelúja.

Orémus.

Deus, qui in præclára salutíferæ Crucis Inven-
tíone, passiónis tuæ mirácula suscitásti: con-
céde, ut vitális ligni prétio, æternæ vitæ suffrá-
gia consequámur: Qui vivis et regnas in sæcula
sæculórum.

℟. Amen.

*Et impertita benedictione cum Reliquia Vivificae
Crucis, Celebrans intonat Hymnum Te Deum laudá-
mus (pag. 100), et omnia peraguntur ut in Dominica
Resurrectionis (pag. 93).*

DIE XIV SEPTEMBRIS

In Festo Exaltationis S. Crucis

Sacro peracto in Monte Calvario, Reliquia S. Crucis processionaliter ad Capellam Ss̃mi Sacramenti defertur. Interim canitur Hymnus Vexilla Regis, prouti notatur pag. 95, et in sexta strophā dicitur:

O Crux ave, spes única,
In hac triúmphi glória.

Expleto Hymno subjungitur:

Ÿ. Hoc signum Crucis erit in cælo.

℞. Cum Dóminus ad judicándum vénerit.

Orémus.

D^eeus, qui nos hodiérna die Exaltatiónis Sanctæ Crucis ánnua solemnitate lætíficas: præsta, quæsumus; ut cujus mystérium in terra cognóvimus, ejus redemptiόνis præmia in cælo percípere mereámur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.



ORDO PRO SOLEMNI INGRESSU IN BASILICAM S. SEPULCRI

Solemnis ingressus in Basilicam S. Sepulcri statutis quidem diebus a Patriarcha Hierosolymitano vel a Custode Terræ Sanctæ peragitur, soletque quoque fieri pro receptione solenni peregrinorum.


Præsul Basilicam ingrediens a Clero ad fores Ecclesiæ consistente recipitur et ad Petram Unctionis deducitur, ubi aliquantisper orat et S. Lapidem devote deosculatur. Peracta dein aspersione et thurificatione, Cantores Hymnum Te Deum laudâmus intonant, cæteris omnibus prosequentibus et ad ædiculam versus S. Sepulcri progredientibus.

Processio, cum ante S. Sepulcrum pervenerit, sistit quoadusque Te ergo quæsumus, decantatum fuerit, ac dein ad Capellam Apparitionis pergit, ubi præscriptæ preces complentur, nisi tamen ingressus sollemnis pro peregrinis fiat, quo in casu ritus omnes coram S. Sepulcro explentur.


HYMNUS



Te De-um laudamus: * te Dóminum confi-




témur. Te ætérnum Pa-trem omnis terra




vene-rá-tur. Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi cæ-li




et univérsæ potestá-tes: Ti-bi Chérubim et



Séraphim incessá-bi-li voce proclámant:



San- ctus: San- ctus: Sanctus Dóminus



De- us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et ter-ra



ma-jestá-tis gló-ri-æ tu-æ. Te glo-ri-ó-sus




Aposto-lórum cho-rus: Te Prophe-tá-rum




laudá-bi-lis nú-merus. Te Mártyrum candidá-



tus laudat exérci-tus. Te per orbem terrá-rum




sancta confi-té-tur Ecclé-si-a. Pa-trem immén-




sæ majestá-tis: Venerándum tu-um ve-rum,



et únicum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-



rá-cli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Chri-



ste. Tu Patris sempiternus es Filius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem, non

horruisti Virginitis uterum. Tu, devicto mor-

tis aculeo, aperuisti credentibus regna cæ-

lorum. Tu ad dexteram Dei sedes, in

gloria Patris. Iudex crederis esse ventu-

rus. Te ergo quæsumus, tuus famulis sub-

veni, quos pretioso Sanguine redemisti.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a
nume-rá-ri. Salvum fac pópu-lum tu-um, Dó-
mine, et bédedic hæ-re-di-tá-ti tu-æ. Et
re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-
tér-num. Per síngu-los di-es, bene-dí-ci-
mus te. Et laudá-mus nomen tu-um in sáecu-
lum, et in sáecu-lum sáecu-li. Digná-re, Dó-
mine, di-e i-sto sine peccá-to nos custodí-

re. Mi-seré-re nostri, Dómine, mi-se-ré-re
 nostri. Fi-at mi-se-ricórdi-a tu-a, Dómine,
 super nos, quemádmódum spe-rá-vimus in te.
 In te, Dómine, spe-rá-vi: non confúndar
 in ætér-num.

Cantores intonant:

Ÿ. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spíritu.

℞. Laudémus et superxaltémus eum in sáecula.

Presbyter dicit:

Ÿ. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinítus est thesáurus: piíssimæ Majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédís, eósdem non déserens, ad præmia futúra dispónas.

Deus, qui per immaculátam Vírginis Conceptiódinem dignum Fílio tuo habitáculum præparásti: quæsumus; ut qui ex morte ejúsdem Fílii tui prævísa, eam ab omni labe præservásti, nos quoque mundos ejus intercessióne ad te perveníre concédas.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, foetu novæ prolis amplíficas: tríbue nobis; ex ejus imitatióne terréna despícere, et cæléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.


R. Amen.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.



Bene-dicámus Dó-



mi-no.



R. De- o

grá- ti- as.





INDEX

	PAG.
De Processionibus quæ a Fratribus Minoribus in Basilica S. Sepulcri peraguntur brevis notitia.	5
Ordo Processionis quotidianæ	13
Pro Feriis III et VI	59
Pro Feria IV Majoris Hebdomadæ.	72
Ordo Processionis funebris Feria VI in Parasceve peragendæ	73
Ordo Processionis sollemnis in Resurrectione D. N. J. C.	85
Ordo Processionis in die Inventionis S. Crucis .	95
In Festo Exaltationis S. Crucis	98
Ordo pro solemni ingressu in Basilicam S. Se- pulcri.	99
 Litaniæ B. Mariæ Virginis.	 51
Litaniæ SS. Nominis Jesu	59
Litaniæ SS. Cordis Jesu	64
Antiphona <i>Gaude, Virgo</i>	53
Responsorium <i>Si quæris miracula</i>	57, 63

	PAG.
Psalmus <i>Miserére</i>	74
Hymnus <i>Vexilla Regis prodeunt</i> :	
in Processione quotidiana.	28
in Inventionem S. Crucis	95
Hymnus <i>Auróra cælum púrpurat</i> :	
in Processione quotidiana.	41
in Resurrectione D. N. J. C.	85
Hymnus <i>Te Deum laudamus</i>	100